les. et nō sunt tales f̄m veritate: s̄ sūt loci sophisticī. Ap̄ri-
tudine aut̄ cuiusqz istoz duoz modoꝝ nos rememorabi-
mus in expositioe n̄ra huius loci: postq̄ accesserimus ad
textū. Et plures istoz locoꝝ s̄ dixit Ari. in lib. suo topico-
rum. nisi q̄ illic vsus est eis f̄m modum quēdam: hic aut̄
vsus est eis f̄m modum alium. Et nos declarabimus om-
nia ista in expositione textus.



Sextus tractatus scđi lib. est de d̄dictione
ofonū rhetoricaliū et oratoriarum: et quot
sunt. et quot modis fiat instantiē et obiectio-
nes in arte oratoria. et q̄ est ofia inter eas et
instantias dyalecticas: et qualis ē modus
d̄dicendi cuiuslibet sp̄erum enthimema-
tuz. et p̄ quas res fit d̄dictio. et f̄m quot mo-
dos fit hic. et continet iste tractatus capitula duo.



Primū capm̄ sexti tractatus et vltimū scđi lib.
est: in quo ponit̄ sermo in modis oppositionū
rhetoricaliū: q̄ sunt: et quot sunt. et quonaz sunt
quatuor f̄m numerum oppositionum: siue in-
stantiarum dyalecticarum.



Secūdu et vltimū cap^m est: in quo fit sermo i ma-
nerieb^o enthimematū: qualr resistit̄ vnicuiqz
ip̄az. Declarat ḡ quonā q̄busdā resistit̄ p̄ istā
tia in: et q̄busdā nō p̄ istātia: s̄ oñdēdo quonā
nō sūt necic. et istd̄ ē postremū ei^o: q̄d d̄ i z^o li.



Iber vero tertius continet vt su-
praqualiter vtendus
sit omnibus: quozus p̄cessit enumeratio
in alijs duobus libris in sermocinatione
rhetorica: et ordine cuiusqz eozum ex par-
tibus orationum rhetoricaliū: et habet se

Rbeto. Aristo. Alpharabij epitboma

Iste liber ad duos precedentes: sicut se habet liber vnus libri topicorum ad eos: qui antecedunt ipsum: et liber iste sex tractatus continet: quorum quilibet continet vnum capitulum tantum.



Primus tractatus terti libri est: in quo ponitur sermo in speciebus sonorum et vocum: quibus vtendum est in orationibus: et sermocinationibus in vnoquoque generum: et sermo in locis illorum sonorum.



Secundus tractatus est de inquisitione simplicitatis: quibus vtendum est in orationibus rhetoricis: qualiter oportet eas esse: et quot modis earum: et quibus mutationibus oportet vti eis in arte rhetorica: et que sit differentia inter vsum earum in rhetorica et vsum earum in poetria: et que est quantitas: qua oportet vti istis mutationibus in doctrina sophistica et dyalectica.



Tertius tractatus est: in quo fit sermo de his qualiter vtendum est intentionibus: quarum precessit enumeratio in sermocinando. Et patet in hoc: quoniam vtendum est eis permutatiue: patet quot sunt modi mutationum: quibus mutantur intentiones donec fiant per eas propositiones: et orationes rhetorice efficaciores et vehementiores ad persuadendum: et quibus istarum permutationum vtendum est in rhetorica: et quibus in poetria: et non in rhetorica.



Quartus tractatus est: in quo fit sermo in hoc: qualiter componende sunt dictiones: per quas fit interpretatio intentionum rhetoricalium: donec fiat completior constitutio eius ab intentionibus: et qualiter ordinande sunt dictiones: et qualiter oportet vt sint earum differentie et principia differentiarum suarum: et incesiones earum: et per quid: et qualiter oportet vt sint incisiones earum: et vbi oportet vt sint loca stationis in ipsis: et qualiter oportet vt sint quantitates suarum differentiarum: et qualiter oportet vt sint figure interpretationum.



Vltimus tractatus est: in quo fit sermo in similibus de intentionibus: qualiter cauere proponende sunt et ordinande: vt facilliores sint ad intelligendum: et per quas fit illud quod concipitur de ipsis delectabilibus: et efficacius in animabus: et perfectius operans ad inclinandum animas ad credulitatem. Et q sunt modi: qui appropiantur ei: cuius debitum est vt scribas:

et qui appropiantur ei: quod recitandum est: et vocalem ponendam coram auditoribus: et hoc in quolibet genere orationum rhetoricalium.



Ractatus sextus et vltimus terti libri est in quo ponitur sermo de ornatu rhetorice in quolibet modorum rerum: et quot oportet esse numero magnas partes ipsorum. Et quoniam ad plus sunt quattuor: scilicet proemium: narratio: credulitatis inductio: et conclusio. Et quoniam pauciores sunt tres: per

mium: inductio credulitatis: et conclusio. Et ostenditur ex quibus construenda sunt progymna rhetoriarum in quolibet genere: vel distinctionum: et qualiter fiunt progymna: et que sunt utilitates eorum tam in recitando quam in legendo. Deinde quoque ostenditur ex quibus componende sunt narrationes: et qualiter: et que sunt earum utilitates: in quibus rhetorice non oportet esse narrationes: et in quibus necesse est eas esse. Deinde ostenditur post hoc: qualiter oportet vti orationibus creditiuis in rhetorice: et qua specie earum vtendum est in qualibet distinctione: et vbi ordinande sunt in rhetorice: et qualiter ordinande sunt partes earum: et in quo genere rerum sunt multiplicande: et in quo minorande. Et patet quoniam orationes creditiue vsitantur quandoque orationes: siue labialiter secundum viam interrogationis et responsionis: et quandoque secundum viam interrogationis: et aliquando secundum viam responsionis. Et ostenditur vbi sunt vsitande secundum viam interrogationis: ita quod optime se habeant: et ostenditur qualiter ordinande sunt quando hoc: quod vsitatur de eis: vsitatur secundum viam responsionis: et quando vsitatur secundum viam interrogationis: et qualiter oportet vt sit interrogatio rhetorica. Et quid differt inter eas: et interrogationem dyalecticam: et secundum quot modos sit interrogatio rhetorica: et secundum quot modos vsitatur: quod vsitatur secundum viam interrogationis: et vbi vsitatur: et secundum quot modos: et in quot locis. Et vniuersaliter ostenditur qualiter oportet vt sit ars rhetorica: quando quod adinuenitur ex ipsa vsitatur in responsione ad interrogationem. Et qualiter oportet vt sit ordo partium ipsius. Deinde ostenditur qualiter oportet vt sit conclusio rhetorice: et qualiter concludenda sit oratio: et posuit hunc locum extremum sui libri. Deque ergo summa: que enumeratiuis sunt partes magnae cuiuslibet tractatus et capitalium libri rhetoricalium Aristotelis. Ob finez cuius semper deo gratias agamus: sicut sui ordinis celsitudo et ipsius beneficii multitudo meretur: cuius misericordie super omnes fideles exsultant.

ExPLICIT compediola declaratio Alpharabij nouissime a viro docto optime recognita: cunctisque erroribus castigata.

Finis.

Baldasar Bardanus cuius **Venerus Clarissimo** patricio **Venero** **Danieli Raynerio** felicitatem. **B.**



Aristotelem illi Stagyritam: quez p̄hm s̄m̄m̄: z scriptorē eloquētissimū totus mundus extollit: testatur: ac pene adorat **Daniel** doctissimoz nostre tempestatis sine controuersia rarissime. **Rhetoricos** etiam libros luculentos: limatos: emunctos: z in p̄mis conducibiles ad docendam eloquentiam adamussim excudisse: nō te fugit. quos vtinā tā studiose legeremus: q̄z studiose illi ab **Egidio Romano** nō minus sc̄te q̄z graphice cōmētati sunt. Ita. n. ipsius p̄hi p̄cepta rhetorices lectitauit: ita vniuersas difficultates: quas vel paucissimi explicare potuerunt: medullitus referauit: vt nullus ingenue discipline scientiaz ei defuisse credaz: diciqz posse de ipso: q̄ **Anneus Lucanus** de. **M. Tullio Romano** maximus autor. **Tullius** eloquij: aut id epigramatarij poete **Martialis**. **Illud Laurigeros** ageres cū leta triūphos. **Hoc tibi Roma** caput cū loquereris erat. **Quid. n.** in oratorum apparatu significāter dici potest: quod ille legentium oculis nō subiecerit: vt ausim p̄p̄modum affirmare: non minus illius lectionem q̄z **Aristotelis**: cuius se inter pretem exhibuit: ad eruditionez conferre. **Scripsit** in libros **Aristotelicos** diuino quodā munere multa quidē: z preclara ingenij z doctrine sue cōmētaria **Romanus Egidius**: qui ob id ipsum doctor fundatissimus non iniuria meruit appellari. **Et** qz inter ceteras appzime modernoz editiones laudem sibi haud obscuram apud posteros vendicasse a doctis omnibus p̄spicue compertum est: iccirco sua volumina accuratissime cōscripta silentio pretereamus: z si nōnulla de ipso: nisi longum foret: possem recensere: que neqz quempiam audiuisset: neqz nos dixisse peniteret. **Verum** sufficiat in presentiarum elucubraciones suas rhetoricas publicasse: in quibus precepta docēdi oratorias artes plurima: z pene omnia erudite: z elegāter scripta continentur: vt vniuerse latinoz z discipline: z eloquentie q̄z rectissime in omnem posteritatem consulatur. **Satis. n.** hucusqz in nostra bibliotheca delituisse contente sint: exeant tandem in apertum: z tanq̄z **christatus gallus** cantature quādoqz exultent. **Sed** minus fortasse mature q̄z voluisses: id quod nulla mea culpa factum est. sed emēdati librarij inopia. **Is** cū mibi primum est oblatus. curauit vt intelligeres. quantum apud me pondus habuerit adhortatio tua. **Nam** mos gerendus fuit tibi: id a me petitiōibus prope quotidianis efflagitāti. **Lege** igitur clarissime **Daniel** rhetoricas **Egidij Romani** vigilias. **Et** quoniā tu solus visus es dignus: cuius splēdidissimo noie id operis diffunderetur in nostros homines: eas pro meo officio z beniuolentia tue magnificentie dedicaui. **Quis. n.** improbare audeat: qd̄ incomparabilis eruditio tantū patricij approbauerit. **Tibi** sane eruditissimorum decus plurimum gratulor: q̄ vnus sis hodie z illiteratis z eruditissimis admirādu. **Ad**hibi aut̄ maiorem in modum letor: q̄ te vnum adiuuenerim huius operis defensorē: de cuius studio: z eruditione omnia mibi possim vel maxima polliceri. **Vale** z **Bardanum** tuum: vt soles: ama.

Rhetorica Aristotelis cum Egidij Romani luculentissimis commentarijs feliciter incipit.



Rhetorica affectiva dialectice est.

Quia qualis est vnus quisq; talis sibi finis videtur: et talia dicitur et operatur: et sic viuunt bonis moribus decoratus: moribus notitiam: vt per eam finem consequatur intentum: ceteris indicat proponendam. Vnde dicitur in intentione (vt puto) mota

vestra discretio: a me homine Romano cum instantia requisitum: vt sup libro rhetoricoz: quez Aristoteles edidit p modum sine aliqua scripta componere: quibus ceteris dicitur artibus haberetur facilis intellectus. Quia petitione licet mihi grauem non modicum: etiam preter difficultatem: que in dicto confurgit opere: non solus ex greca editione: ex phi breuis elocutione: sed ex multiplicata exeploz: et paucitate auxiliorum: reddat occupationum pluralitas: quibus sum iugiter prepeditus. Vestra tamen punctus dilectione animaduertens: quod difficilia et fere impossibilia: facilia et dulcia facit amor delectabiliter: auxiliante deo aggrediar postulata. Ubi quod onus expositioz assumptis: nolo mihi ascribi: quod proferam: sed talem promulgabo sententiam: qualem credam Aristotelem intendifse.



Sicut scribitur in tertio libro artis rhetorice: cuius expositionem intedimus proemium est orationis principium: sicut in poesi prologus: et in fistulatione precludum. Sic enim imaginari debemus: sicut fistulatores prius quam suos ludos exerceant: seriatim faciunt quendam introitum: in quo quodammodo ludum preloantur: et sicut componens poemata antequam seriose prosequatur que continentur in versibus premitunt quedam prologum: in quo summatim habent: que post modum per poemata explicatur: sic in oratione: vel in locutione premitendum est proemium: per quod habeat quedam precognitio de dicendis postea se. ergo loquendo per proemium habetur quedam precognitio: vt clarus comprehendatur que in executione per singula continentur. vnde si manifesta essent dicenda: non indige remus prelocutione. Ut igitur clarius possimus inspicere que in rhetorica determinant: bene se habet de ea aliquod prelocutionem facere: per quam ipsius precognitio possit haberi. Notandum est igitur: quod rhetorica est pars dialectice: siue pars logicę: vt innuit phrasa in primo rhetoricoz: logica autem dicitur a logos: logos enim grece sermo vel ratio latine interpretatur. est igitur logica sermoincinatiua: vel rationalis scientia. Sed sic dicendo valde modicam precognitionem habere debemus de ipsa: vt ergo et magis in speciali precognitionem habere possimus: duo nobis declaranda occurrunt. Primo enim inuestigandum est: cum oes scientie sint aliquo modo rationales: eo quod singule per rationes procedunt: quomodo distinguat logica ab alijs scientijs rationalibus extendendo rationale ad oem artem rationabiliter incedentem. Secundo declarandum occurrit: quare logica et rhetorica simpliciter rationales dicantur: cum tamen magis per rationes firmas et stabiles procedant hominibus scientie quam dialectica et rhetorica. Propter primum aduertendum: quod dimissa grammatice: que quodammodo est ad libitum: et poetice: que innititur alijs gestibus et representatiõibus: dicere possumus rhetoricam differre a ceteris scientijs rationatiuis: eo quod non eodem

modo procedat per rationes vt ille. Sunt autem quantum ad presentia tria genera rationum: quedam sunt rationes probabiles: quedam persuasive: quedam demonstratiue. Rationes probabiles sunt dialectice: persuasive sunt rhetorice: demonstratiue vero sunt aliarum scientiarum. Possimus autem assignare diuersas inter ista genera rationum finem diuersarum eorum: que generantur ex illis. Nam per rationes probabiles generatur opinio. Per persuasivas fides aggeneratur: siue credulitas. Per demonstratiuas vero efficitur scientia. Si ergo bene videre poterimus quomodo differat fides siue credulitas ab opinione et scientia: liquidum erit quomodo differat ratio rhetorice a rationibus dialecticis et demonstratiuis. Videre autem quomodo differat fides a scientia: forte non est difficile. sed quomodo differat ab opinione: cum vtraque non terminet intellectum perfecte: difficile est videre. Dixerunt autem aliqui credulitatem: siue fide differre ab opinione: sed certitudinem: quod certum adheremus: his que opinamur: quibus bis que certitudinem: nam huiusmodi credulitas: et potissime que generatur per rhetoricam: quedam suspicatio dicitur dici. Alfarabius in quibusdam suis pamphulis: que edidit super rhetoricam: vult quod per rhetoricam fiat persuasio in vna quaque re: per particularium: ex quo dicere possumus: cum opinio fiat circa vltima: differre opinionem a fide: sicut id quod fit circa particularia ab eo: quod circa vltima habet fieri. Iste autem differentia vel non videtur verum: vel radicaliter diuersam non attingunt. Contingit autem aliquando adherere firmis bis: que creditur bis: que opinatur. Rursus autem quod de his singularibus potest esse aliquid opinio. opinamur. n. soles maiorē tota terra: que sensus iudicat vniuersi pedis. Propter hoc aduertendum est: quod si fides accipiatur cõiter per aliquem assensum: vt ad prius spectat: sex modis habet fieri: nam cum assentiamus quibusdam rebus dialecticis et demonstratiuis: finem quibuslibet genus talium quomodoque fides sumi potest. Et quod si assentimus rationibus: dignius est quod assentiamus permissis: assentiamus propositionibus probabilibus: finem quas percludit per dialecticam: et demonstratiuis: quibus percludit per scientiam: et persuasivas quibus percludit rhetoricam. Sex ergo modis accipitur fides: tribus per assentium: quibus: et tribus per assentium permissis: imo accepta actione intellectus: finem quam intelligit simpliciter: in quo non est assensum neque fides: quod neque in ea est verum: neque falsum: in omni alia opinione intelligibili fides aliquando sumi potest. Sic accipiendo fidem accipitur cõlus que sit illa credulitas: que rationes rhetoricas habet fieri. Ut ergo videamus quomodo differat fides: quam intendit aggenerare rhetorica a scientia et opinione. Sciendum est: quod aliquod appetit potest esse autem finem se accepte: aliquid appetit vniuersi per in operatione ad aliam: vt velle appetit voluntati finem se considerate. eligere vero appetit ei vt habet ordinem ad rationem. Nam electio non est finis: sed eorum: que ordinatur in finem: cum ergo ordinare ad rationem presentiat: eligere non potest appetere voluntati nisi in ordine ad rationem: per quod scribitur in ethicis: quod electio vel est appetitus intellectiuus: vel intellectus appetitus: et sic est ex parte voluntatis: ita est et in actionibus intellectus. Actio vero intellectus speculatiui vel est intellectus: sed quod est intellectus. actio vero intellectus practici magis vel intellectus: per habet ordinem ad appetitum: et id facit malicia metiri circa primum: non per preparationem ad cognitionem speculatiuam: sed magis ad cognitionem practica: cum per passiones et malicia in affectum exercemur in particulari: non in vltimo. Et sicut est in actibus: ita est in assensu: quod aliquando assentit intellectus finem motum proprium: aliquando vero finem a voluntate: vel aliquando assentit per propositionibus: quibus finem se est aptus natus assentire: aliquando vero assentit aliquibus: quibus potest fieri assensus: vt habet ordinem ad appetitum. Hoc autem si bene aduertamus: habemus diuersam inter scibilia: probabilia: et persuasibilia. Nam assensus credulitatis per rationes persuasivas appetit intellectum finem quod est aptus natus moueri ab appetitu. Assensus vero scientificus et opinatiuis: siue assentire per rationes demonstratiuas et probabiles appetit intellectum: vt est aptus natus moueri finem motum proprium: aliter tamen est in

selectus in scia et opinione: nam in scia est assensus sine for-
midine alterius partis: in opinione vero cum formidine. Et si
diceres quod non est necessarium opinari de parte formidare.
Dicitur enim hoc esse per accidens: nam sicut est in speculatione et pra-
ctica: quod scia est speculativa: quae ad speculationem ordinatur: illa
vero practica: quae ad praxim: nihilominus summe speculati-
ua possit quod velle scire pro opus: ut puta: quod velle forte sci-
re metaphisicam: ut per ea dirigere in agendis: et maxime pra-
ctici: ut puta: fabrilis vellet quod pro speculatione: et ut sci-
ret: et si per eam nihil operari deberet: sic scibilia illa: quae sine
formidine sunt cognoscit: opinabilia vero: quae cum formidine:
sunt forte aliis opinans non formidet: et si eest pole sciens ali-
quod dubitare. Et quod credulitas: quam intendit aggenerare
rhetorice: competit intellectui: ut est aptus natus moveri a volu-
tate: non quod nunquam fiat talis persuasio: nisi actus intellectus a
voluntate sit motus: ut infra patebit. Sed quia non fit per
suasio in materia rhetorica: nisi fiat in talibus secundum quod intellectus
ab appetitu moveri potest: pro quod patere potest quod veritatis habet
deum illorum: fide ab opinione differre secundum certitudinem: quod non
est tanta certitudo in credulitate rhetorica: cum sit quaedam suspi-
catio: quia est in opinione: nam si loquuntur de certitudine spe-
culationis: veritate habet: quod maior certitudo speculativa habet
est in eis: circa quae negotia intellectus: habet quod hinc est in opinione
quod sit in illis: in quibus est aptus natus moveri ab appetitu:
quod sit in credulitate rhetorica. ¶ Rationem autem huius ex his
miser: quod speculatio (ut habitum est) videtur competere intellectui secundum
motum proprium. Ex hoc est potest apparere deum Alfaraby: quia
persuasio rhetorica habet esse in rebus singularibus: opinio vero
circa vicia. Nam res sunt cognitae secundum modum: quod hinc esse in
intellu. sunt vero volute put in seipsis: nam verum et falsum
sunt in aia: bonum et malum sunt in rebus: ut potest haberi ex sexto
metaphisicorum. Sunt ergo res magis intellectus secundum esse velle: volute
vero secundum particulari existentia: vel circa re particularem.
Ex istis autem patet: quod scia et opinio: quae competunt intellectui habet quod
hinc sunt magis circa vicia. Credulitas vero: quae competit ei: ut
est aptus natus moveri ab appetitu: in singularibus magis
habet esse. ¶ Est ergo signanter notandum etiam inter opinionem
et fidem inter dialecticam et rhetoricam. Nam ex hoc: quod intelle-
ctus assentit persuasionibus rhetorice: ut est aptus natus mo-
verit ab appetitu: per rationibus vero dialecticis credit: ut mo-
vet secundum modum proprium: sequitur quod duplex est ratio inter rhetoricam
et dialecticam. Prima est: quod rhetor magis descendit in materiam
moralis: et dialecticus magis in speculativa. Secunda quod spe-
ctat ad rhetoricam determinare de passionibus: non autem ad diale-
cticam. Tertia est: quod index locutionis rhetorice: et eius audi-
tor est simplex et grossus. Auditor vero locutionis dialectice
est ingeniosus et subtilis. Quarta est: quod infra rhetoricam
sunt ethimema et exemplum: dialectice vero syllogismus et inductio.
Quinta est: quod supra fuit tacta: videlicet: quod persuasio rhetorica ma-
gis est circa singularia: dialectica vero per ratio magis est circa
vicia. Posset etiam sexta assignari: quod sicut tam dialectica quam rhe-
torica vtae locis: loci tamen hic et ibi non sumunt eodem modo.
Dec autem et alia: quae diligens rhetor investigare posset: sumunt
originem ex ista: quae assignata est inter opinionem et fidem:
ut in istis apparet. ¶ Declaratum est ergo primum: videlicet: rhe-
toricam differre a ceteris scientiis: quod sicut singulae scientiae ali-
quo modo rationales sunt: non tamen eodem modo per rationes viden-
tur incedere haec et ille. ¶ Secundum vero quod declarandum diceba-
tur: scilicet: quare dialectica et rhetorica simpliciter rationales dicantur:
aliquae vero scientiae reales sunt rationales quodammodo: cum tamen ma-
gis per rationes firmas et stabiles procedant quam rhetorica et diale-
ctica: de levi patere potest. Nam aliquae scientiae sunt rationales solae:
quod incedunt modo rationabili: non tamen rationales sunt: eo quod sunt
de actibus rationis secundum quod habet: dialectica vero et rhetorica du-
pliciter rationales sunt: quodammodo ad modum procedendi: quod ratio-

nabiliter incedunt: vel quodammodo ad id de quo sunt: quod sunt de
actibus rationis. Nam syllogizare et enunciare: circa quae videtur
principale versari dialectica ad intellectum pertinet. ¶ Sed tamen
imaginari debemus: quod sicut intellectus intelligendo sim-
pliciter format definitionem: sic intelligendo composita for-
mat enunciationem: et discurrendo constituit syllogismum: et sicut ea
circa quae versatur dialectica pertinent ad rationem: eodem autem
modo persuadere et orare: circa quae versatur rhetorica sunt ratio-
nis actus. Et quod dialectica et rhetorica huiusmodi actus rationis or-
dinare docent: et circa eos rationantur: sunt rationales dupliciter: ut
tactum est. Reales vero scientiae de rebus sunt: et circa eas ratio-
nantur: ut puta geometria circa magnitudinem: ideo non
sunt rationales: quod sunt de actibus rationis cum sint de rebus: sed
solae rationales sunt: quod modo rationabili incedunt: et quod scientiae
et omnes habitus formentur secundum eam ex obiecto non ex modo: ab
obiecto recipit denominationem simpliciter: a modo vero quodam-
modo. ¶ Cum ergo ipsi actus rationis sint principale obiectum vel sub-
iectum in dialectica et rhetorica iuxta illud: quod habet in principio
huiusmodi artis. Persuasiones autem sunt totum corpus rhe-
torice. Sic etiam dicere possumus syllogismos et enuncia-
tiones esse totum corpus dialectice: simpliciter dialectica et
rhetorica rationales sunt. Aliqua vero scientiae: quae habet res per subie-
cto: vel principali subiecto simpliciter sunt reales. Possunt tamen
dicuntur rationales quodammodo: quod per modum rationis incedunt: ex
quo apparet maiorem convenientiam esse inter dialecticam et
rhetoricam quam inter rhetoricam et alias artes. Nam convenit
rhetorica cum dialectica quodammodo ad id de quo est: cum ambae
sint de actibus rationis: non autem cum ceteris scientiis: cum ar-
tes aliae sint de rebus. ¶ Rursum est quodammodo ad modum pro-
cedendi plus conveniunt rhetorica et dialectica quam cum aliis.
Nam sicut singulae artes procedant modo rationabili: attamen aliquae
artes procedunt per rationes cogentes et determinatas intellectum:
dialectice vero et rhetorice rationes modo persuasio et perba-
bili: unde ambae conveniunt: quod perfecte intellectum non que-
rant. Et quod tanta convenientia est inter dialecticam et rhe-
toricam: volens per nos dare notitiam artis rhetorice: ut
dicat artis aliquid cognitionem habere possemus: optime se-
cit quod eam in principio sui libri ad dialecticam comparavit
dicens. (Rhetorica affectiva dialectice est). In dando
autem nobis cognitionem rhetorice duo facit: primo prae-
mitit proemium. Secundo exequitur de diversis. Pars execu-
tiva incipit ibi. (Rursum igitur velut in principio). ¶ Cir-
ca primum duo facit secundum quod proemium dupliciter accipi po-
test in se et in comparatione ad auditorem. Per se autem con-
sideratum proemium ad nihil aliud est: nisi quod est quaedam
preparatio ad dicenda: primumque enim narraretur per singula
ea: quorum cognitio traditur in proemio summatim tangitur:
ut postea clarius cognoscantur. unde ut superius tactus
est per se loquendo manifesta non egent proemio. In com-
paratione autem ad auditorem est vtilis proemium: ut reddat ip-
sum attentum. Non enim semper proemiat orator reddere au-
ditorem attentum: ut apparet in causis. Nam quod habes cau-
sam iniustam: optimum est ei esse semper extra suum ne-
gocium: et optime proemiat: si moveret auditores ad cha-
binum: vel ad aliquid aliud: propter quod sequeretur eos
non attendere: cum suus negotium narraretur. ¶ Praemi-
tendo ergo per proemium artis rhetorice. primo ostendit
qualis est scientia: et de quibus est in quo habetur perlatio
ad sequentia: et continetur in eo: quod dicitur continere proemium
secundum se. Secundo reddit auditores attentos ostendendo sci-
entiam istam esse vtilem: nam ad audiendum vtilia anima-
ti sumus: propter quod proemium huiusmodi continet
quod continere dicitur in comparatione ad auditorem. Secunda
pars ibi. (Utilis autem est rhetorica). ¶ Circa primum tria
facit. Nam primo ostendit qualis est ista scientia: et quod est affectiva

titia dialectice. Secundo ostendit: quod de rhetorica potest esse ars et scientia. Tertio manifestat: cui parti philosophia supponatur: quod sermoinali. Secunda ibi. (Multorum quidem igitur). Tertia ibi. (Quis autem manifestus est). Circa primum tria facit: quod primo promittit intentionem suam dicens: rhetorica affectuam esse dialecticam. Secundo probat quod dixerat: per hoc quod ambe sunt de quibusdam communibus. Tertio concludit omnes homines aliquantulum participare tam dialecticam quam rhetoricam. Secunda ibi. (Ambe enim de talibus). Tertia ibi. (Propter quod res). Dicit ergo primo: Rhetorica affectuiva est etc.)

(Notandum autem: quod aliquid potest assequi aliquid dupliciter. primo si equatur illi. secundo si deficit ab eo. in parte: et in parte assequatur illud: nam affectio quedam imitatio est. Imitatio autem potest esse perfecta: et differre equalitate: et importare defectum: utroque modo dialecticam rhetorica assequitur: nam equatur ei aliquo modo: et etiam deficit ab ea aliquo alio modo. scilicet in parte et non in toto: quia si deficeret in toto: non esset sequi: sed potius deficere. Tripliciter autem equatur et tripliciter deficit. Aequatur. n. in eo de quo est: et in modo procedendi: et in ambitu. Primo equatur in eo de quo est: quod utraque est de actibus rationis. Secundo equatur et in modo procedendi: quod utraque docet componere rationes non omnino determinantes intellectum. In ambitu autem: quod quilibet se extendit quodammodo ad omnia: quod ambe sunt de quibusdam communibus: nullius artis spatium est considerare. Deficit in parte et in parte sequitur etiam rhetorica dialecticam tripliciter. Primo in certitudine: quod non tanta certitudo speculativa est per rationes rhetoricas: sicut per rationes logicas: ut potest haberi ex habitis. Secundo per comparationem ad instrumenta dialecticam: nempe in ista dialecticam sunt syllogismus et inductio. rhetorice vero enthymemata et exempla. Et enthymema est quidam defectivus syllogismus. exemplum vero quodam defectivum inductio. Tertio deficit per comparationem ad actum intellectus secundum se: nam ratio dialectica non respicit intellectum: ut ordinatur ad voluntatem: sed ut in se: rhetorica vero ut habet ordinem ad voluntatem: et plus est respicere actum intellectus secundum se quam ut ordinatur ad voluntatem: potissimum cum actus voluntatis sit quedam inclinatio sequens bonum apprehensum. Sex ergo modis rhetorica dialecticam sequitur. tribus ut equatur: et tribus ut deficit. Primum tamen magis ut attendere de affectione: quam accipit secundum equalitatem in ambitu: ut quod quilibet ex quibusdam communibus. Unde in alia translatione habet: quod rhetorica convertitur arti topicam: et Alfarabius exponit hanc conversionem esse quandam adaequationem et equalitatem. Deinde cum dicit.

Ambe enim de talibus quibusdam sunt: que commiter quodammodo omnium est cognoscere: et nullius scientie determinate.

Probat huiusmodi affectuionem et equalitatem: quam habet rhetorica ad dialecticam: ut ex eo quod ambe sunt de talibus quibusdam: quod quodammodo omnium commiter est cognoscere: ut nulla scientia determinata. id est nulla scientia spatium habet de illis determinare: huiusmodi autem sunt tria et simile magnam et parvam respectu huiusmodi: de quibus rhetorica et dialectica: et nulla scientia specialis considerat de illis in se: omnes tamen considerant de his prout reservantur in illis: de quibus tractat: ut geometrice considerant de oppositione contraria prout reservantur in recto et curvo. Omnes ergo artes spatiales aliquo modo considerant de illis. et nulla simpliciter considerat de eis. Desinit.

Propter quod et omnes modo quodam participant ambabus: omnes enim usque ad aliquid et exquirere et sustinere sermones: et defendere et accusare conantur.

In parte ista concludit omnes homines participare aliquantulum ambabus. id est dialectica et rhetorica. Nam cum commiter sint quasi locus ianue in domo: quam nullus ignorat: ut vult Commentator super 2^o metaphisicam. sequitur: ex quo omnes habet omnia cognoscunt: singulos participare modo quodam dialecticam et rhetoricam determinantes de illis. Et dicit modo quod dicit: quod idiotam participant has artes sine arte: ideo subdit: omnes. n. usque ad aliquid et exquirere et sustinere sermones conantur hoc quantum ad dialecticam: que vertitur inter opponentem et respondentem: ita quod exquirere referatur ad opponentem: et sustinere ad respondentem. Et omnes conantur defendere et accusare: hoc quantum ad rhetoricam: que intuetur modum disputatum aliquantulum imitatur dialecticam: nam accusans induit habitum opponentis: et defendens respondens. Notandum autem primum promississe tres propositiones: quarum prima est: quod rhetorica dialecticam assequitur. Secunda vero: quod ambe sunt de communibus. Tertia vero: quod omnes participant de illis. Ex qualibet autem istarum propositionum ostendere potest huiusmodi rhetoricam esse quodammodo commitem scientiam: nam quod convertitur et coequatur dialecticam: siue scientie commiter: quodammodo quid commite est. Rursum quod est de communibus: et commiter participatur ab omnibus quam commite oportet esse. Ex his autem confurgit dubium. Videtur enim quod non sit dare scientiam communem preter unam. nam quanto scientia communior est: tanto est altior et prior: et habet magis rationem mensuram. Magis enim prioritas et ratio mensuram sequuntur scientiam propter commitem: quam propter abstractionem. Nam secundum primum sexto metaphisice si non esset aliqua substantia immobilis: naturalis scientia esset prima philosophia. Nam cum philosophia naturalis consideret de omnibus rebus mobilibus: philosophia naturalis est maxime communis: non tamen esset maxime abstracta: cum metaphisica sit abstractior ipsa. Lux ergo ex hac propositione sequatur philosophiam naturalem esse primam philosophiam: non autem mathematicam consequens est primitatem reperiri in scientiis magis propter commitem quam propter abstractionem. Sicut igitur in omnibus generibus entium est dare unum aliquid prius aliis mensuram aliorum: ita quod semper multitudo reducitur in unitatem: ut colores in albam pondera in unciam: poemata in dyastim: sic et in scientiis: imo multo magis: ne sit confusio in eis: est dare unam scientiam mensuram omnium scientiarum preteriam inter omnes alias. Et quod primitas et ratio mensuram (ut habitum est) ex commite accipitur: sicut non est dare proprie et per se loquendo plures mensuras in aliquo genere: ita videtur plures scientias communes esse: est impossibile. Propter hoc notandum: quod ad solutionem huiusmodi duplicem distinctionem concedere possumus. primo distinguendo rhetoricam et dialecticam in quantum sunt scientie: vel quidam modi sciendi. Secundo: quod huiusmodi scientia aliqua considerat per se primo: aliquid qua ex consequenti in quantum sunt scientie non proprie sunt communes. Sed in quantum sunt quidam modi sciendi: sic etiam ea: que considerantur per se et primo non sunt quid commune: sed que considerantur ex consequenti. nam dicte artes prout sunt scientie determinant de syllogismo et plurimobus: que spatiale quicquid dicunt. Uterque quod singule scientie quibusdam modis arguendi utuntur: sequitur dicte artes in alias scientias descendere: pro quod in quantum sunt quidam modi sciendi: quid commune existunt. Rursum. Ea que considerantur per se: et primo in huiusmodi scientiis actus rationis sunt. Unde quod huiusmodi commiter: que nullius scientie est considerare: et potissime per actus rationis surgant: pertinet ad dialecticam et rhetoricam: que rationales sunt: determinare de illis. Non igitur huiusmodi artes sunt quicquid commune quantum ad ea: que primo considerantur: sed quantum ad ea: que quodammodo ex consequenti. non igitur simpliciter

ter dicendū sunt cōmunes: sed quodāmodo. Sola autem metaphisica cōmūnis est simpliciter: qz solum illa inquā tum scientia: rōne eius: quod considerat per se r primo: vt qz est de ente: hz rationem cōmunitatis. Et qz non ē in conueniens in eodem genere esse plures regulas quodam modo: sed esse plures simpliciter questum difficultatem non habet. ¶ Deinde cum dicit.

CAbulorum quidem igitur hi quidem fortuito hoc agunt. hi autē propter consuetudinē ab habitu. Quā autē utroqz modo cōtingit palam qz erit utiqz ipsa r dirigere: ppter quod. n. ad ipiscuntur: r hi propter consuetudinem: r hi a casu huius causam considerare cōtingit. Tales autē oēs utiqz iam p̄stebunt artis opuseē.

In ista parte ostendit: qz de rhetoricis potest esse scētia: r duo facit: qz p̄ facit quod dictū est. Secūdo remouet errorem quorundam. Secunda ibi. ¶ Nunc quidem igitur qui artes rē. ¶ Intendit ergo talē rōnez. Quicquid sit a casu r ex consuetudine: si illius p̄sideretur causa: erit opus artis: sed conuenit persuadere casu r ex cōsuetudine. ergo huius persuasionis si consideretur causa: erit opus artis r scientiē. sed rhetorica tradit causam r modum persuadēdi. ergo est ars r scientia: r hoc est quod ait. Hi quidem igitur de genere multorum hoc agunt. i. persuadent fortuitu. hi quidem per quandam habituātam consuetudinem. Et quā utroqz modo. i. casu r consuetudine cōtingit persuadere: erit dirigere ipsā innuendo causam. Et qz contingit considerare causam propter quid hi propter consuetudinē: r hi a casu p̄suadent. Hi autē. i. p̄siderare cām huius oēs p̄stent esse opus artis r scē. Et qz ab hoc facit rhetorica: vt dictum est: erit ipsa ars r scientia. ¶ Deinde cū. d.

Nunc quidem igitur: qui artes sermonum componunt: modicam adepti sunt ipsius partem: persuasiones enim sunt solum artificiales: alia autem adiectiones. Hi autem de enthymematibus quidem nihil dicunt: quod quidē est corpus persuasōis. De extrinsecis autē rei plurima negociantur. Cōmotio enī: r misericordia: r ire: r tales passiones anime non sunt de re: sed ad iudicem.



Aperius determinauit p̄s qualis ē rhetorica. qz assecutua dialectice: r de quibus est: r de cōibus quibusdam: r qz de rhetoricis potest esse scētia. hic i parateista remouet errores quorundam: qz de rhetoricis se intromiserunt. ¶ Ad cuius euidentiam notandum: qz (vt habitum est) sicut per ratios logicas aggeneratur opinio: sic per rhetoricas iducitur fides r credulitas. Fides autē: quam assignare intendit rhetor: tripliciter hēri fieri: v3 ex pre auditoris: r ex parte dicentis: r rei. Via autē ad generandum fidem ex parte auditoris esse h3 per sermones passionales. Nam si quis talem passionem inducere posset in auditoze r in iudice: quē suo facto competerēt: de leui mouerent iudicem ad credendum: quē ei denūcia ret: vtputa si quis vellet accensare aliquem: r contra illum iudicem moueret ad frām: ne phandaqz de illo pponeret de facili quēqz a iudice crederētur. Rursus. si quis aliquē defendere vellet: si oratio eius iudicem ad misericordiaz prouocaret de bono: quē de illo diceret: iudex de facili assentiret. ¶ Scda via ad inducendam credulitatez sumitur ex parte dicentis: vt si quis se talem potest ostendere:

cui merito fides debeat adhiberi: quē ab eo dicuntur: de facili acceptantur. ¶ Triplex est. n. ca: quare alicuius sermonibus fides non adhibetur: qz triplici de causa hoies mentiri consueuerunt: vt circa principū huius artis narratur. ¶ Mens. n. quis primo propter imprudentiam. nam ignorantes veritatem falsa dicunt: eo qz veritatē nesciant. ¶ Scdo propter maliciam. naz mali homines dato qz veritatem sciant: qz malicia pleni sunt: non dicunt illam. ¶ Tertio cōtingit mentiri ppter odū r inimicitia. naz qui aliū odit vt illū ledat: falsa de eo loquitur. Tūc ergo ex parte dicentis credulitas sumit: r dicens se talem ostendit: qz el fides debeat adhiberi: si per sermones: vel gestus vel alia euidentia facta se demonstrat prudentem: vt propter ignorantiam non mentiat: vel se ostendit bonū: qz propter maliciam falsa non dicat: vel si se demonstrat amicum: vt qz propter odium r innocentiam ipsum mentiri nō contigat. ¶ Tertia via ad generandum fidem sumit ex parte rei: vt si quis enthymemata r persuasiones facit: per quē ei fides adhibeat. ¶ Aduertendum est: qz lz istis omnibus modis fides fieri habeat: principaliter rhetorica est de persuasionibus. Naz fides quē sumitur ex parte audientis: vt qz facit iudicem vel auditozem talem: illa etiā quē sumitur ex parte dicentis: vt cū dicens se ostendit prudentem: bonum: vel amicum: non comparatur essentialiter ad rhetoricam: sed ad ipsam comparata quēdam adiectiones sunt. Errauerunt ergo illi: qui credentes se tradere sufficienter rhetoricam artem: de persuasionibus nihil dixerunt: sed solum dederunt artem de sermonibus passionibus. ¶ Intēdit ergo p̄s ostēdere in tota lectione presenti sermones inducentes ad passiones esse quodāmodo preter negocium rhetoricum: r sicut adiectiones quēdam non essentialiter pertinent ad artem. Et duo facit: qz pmo ostendit talem compositionem sermonum non essentialiter pertinere ad artem rhetoricē prout rhetorica est scientia: r est docens. Scdo ostendit hoc idem prout rhetorica applicatur ad opera politica: r est vtens. Scda pars ē ibi. (Siquis volens tradere scētia de corpore: si nihil dicat de substantia eius: sed solum de his: quē adiacent ei: ostendit eum modicam cognitionem tradere de eo: sed eū p̄tingit solū dicere: quē corpore quodāmodo sunt extranea. Et qz simile fecerunt tradentes rhetoricam: rō rhetoricē ergo rē.) Hoc est ergo quod dicit. ¶ Nūc qdem igitur: qui artes sermonum componunt: modicam partem adepti sunt ipsius rhetoricē. nam solum de passionibus terminabant: non de persuasōibus. Unde subdit: qz persuasōes sunt solum artificiales. i. solum qd considerat essentialiter ars rhetorica. alia autē vt passiones r talia adiectiones quēdam sunt. Hi v3 componentes sermonuz artes de enthymematibus: sicut de persuasionibus quidem nihil dicit: qz ē corpus persuasionis: vel vt h3 vetus translatio: qd est corpus fidei: nam fides: quam rhetor intendit essentialiter in enthymematibus consistit. ¶ Predicti ergo de extrinsecis rei: vt de passionibus: quē quodāmodo sunt extra negocium rhetoricum plura negociant: rideo subdit: qz p̄motio: r misericordia: r ire: r tales passiones anime non sunt de re: sed ad iudicem: vel vt aliqui textus habent: sed ad iudicē. Nā vt dictum est per sermones passionales sit credulitas ex parte auditoris r iudicis: vel prout dicens r iudex ad iudicem colloquantur. ¶ Utrum autē verum sit: qd in ista ratione est suppositum: v3: persuasiones esse totum corpus rhetoricē: r quod essentialiter rhetorica considerat: passiones vero r talia esse adiectiones quasdam in fine tertie lectionis declarabitur. ¶ Deinde cum dicit.

Quare si circa omnia essent iudicia: sicut in quibusdam ciuitatum nunc est: r maxime in bene

bene ordinatis legibus nihil vtiqz haberet qd dicerent. Omnes enim hi quidem putat oportere sic leges promulgare. hi autem et vtiuntur et prohibent extra rem dicere: sic etiam in Ariopago recte hoc putantes.

In hac parte ostendit hmoi sermones passionales esse quodammodo preter negocium rhetoricum: prout rhetorica sic accepta tripliciter considerari potest. Primo ad legislatorem: a quo ordinatur. Secundo ad iudicem: coram quo litigatur. Tertio ad opera politica: circa que negociatur. Ideo tria facit: qz primo ostendit huiusmodi sermones non directe pertinere ad rhetoricam vtiuntur prout comparatur ad legislatorem. Secundo prout refertur ad iudicem. Tertio prout respicit opera politica. Secunda pars incipit ibi. (Non enim opz iudicem). Tertia ibi. (Propter hoc enim eadem existente). (Propter primum notandum qz sermones passionales semper sunt extra rem: vtiuntur: si quis accusans aliquem: qz furatus: vel qz debet sibi decem vt facilliter iudex de illo malum credat: ducens ipsum ad passiones: vel ad odium: vel ad inimicitias. Dicit hmoi iudicium aliquando iniurias intulisse: vel suos vulnerasse cognatos: constat talia nec arguere pro: nec contra: qz ex hoc non ostendit ipsum fuisse furatum: vel non fuisse: nec debere decem: vel non debere. Propter quod si leges bene essent ordinate: prohiberent in iudicio: ne diceretur impertinentia: ergo sit ratio: que sinit extra negocium litigantium: circa quod versatur rhetorica: et essentialiter non comparantur ad artem rhetoricam: spectat ad legislatorem: prohibere illa. (Sermo passionales sunt h. ergo etc.) Vti aut huius rationis tangit in eo: quod dicit: sermones passionales esse extra rem: et a legibus bene ordinatis prohiberi: vnde ait: qz si esset circa omnia iudicia: sicut nunc est in quibusdam ciuitatibus: maxime in legibus bene ordinatis: scientes solum artem sermonum passionum per artem suam nihil haberent qd dicerent: nam tales sermones dicere prohibentur a legibus bene ordinatis. Alia autem talis hypothesis facta dicere nescirent: ideo subdit: qz omnes hi vti boni legislatores putant oportere sic leges promulgare: vti qz prohibeant extra negocium dicere: propter quod additur: qz hi. s. positores legum vtiuntur talibus legibus prohibendo extra rem dicere: sicut in Ariopago: hoc est in illa ciuitate recte sunt hoc putantes. (Deinde cu dicit.

Non enim oportet iudices pervertere ad iram prouocantes: aut timorem: aut inimicitiam. Si simile enim siqs qua vti regula hac faciat distorta.

Ostendit hoc idem per comparationem ad iudicem: et tria facit sicut iudex tripliciter considerari potest. Primo vt est quedam regula. Secundo in se. Tertio per comparationem ad legislatorem. Secunda ibi. (Adhuc autem manifestum). Tertia ibi. (Maxime quidem igitur).

Propter primum notandum: qz sicut est in iudicio: qz diu est sensus: est media proportio sensibillium: et non inficietur sicut alterum contrariorum: dat rectum iudicium de sensibillibus: vt qz diu lingua non est infecta aliquo humore: dat rectum iudicium: et iudicat amarum amarum: et dulce dulce. Si vero inficiatur colera vel flegmate: tunc quasi non existens in medio: sed contracta ad alterum contrarium peruerse iudicat dicens: dulce esse amarum et econuerso. Sic iudex debet esse in medio inter litigantes: et non declinare ad alteram partem: sed quasi regula recta dicens: iustum iustum: et iniustum iniustum esse. Si vero ad alteram partem declinet per misericordiam et amicitiam: ab altera vero recedat per iram et odium: quasi tortuosa regula

dat peruersum iudicium dicens: iniustum iustum esse: et econuerso. Et quia hoc faciunt sermones passionales inficientes appetitum: vt in talibus sermonibus in litigatione nihil aliud est qz regulam obliquare. Formetur ergo sic ratio. Quecumqz ordinantur ad aliquid vt ad regulam: regulam non peruertunt: sed omnia spectantia ad negocium adinuicem ordinantur: vt ad regulam. ergo talia regulam non peruertunt. sed sermones passionales habent obliquare regulam. ergo sunt extra negocium litigantium: et per consequens extra rhetoricas: que versatur circa illud. De hac autem ratione non plus ponit: nisi qz non oportet iudicem prouocare ad iram et passiones: qz hoc simile est: ac si torqueretur regula: qua oportet vti. (Possem tamen si vellemus dicere: qz hic redditur causa: quare legislator non debet permittere sermones passionales dici in iudicio: qz non est bonum: qz iudex: qui est regula obliquetur: tamen quanto plures rationes trahuntur de textu: magis valet. (Deinde cum dicit.

Adhuc autem manifestum: qz litigantis quidem nihil est: nisi ostendere re quia est: aut non est: aut facta est: aut facta non est. Si autem magna: aut parua: aut iusta: aut iniusta quecumqz legislator non determinauit ipsum vtiqz iudicem opz cognoscere et non addiscere a litigantibus.

Dic ponit rationem sumptam ex parte iudicis prout consideratur sicut se. Formetur ergo sic rationes. Cum oportet litigantes coram iudice vti rhetoricas: et non proprie ipsum iudicem: ea proprie spectant ad negocium rhetoricum: que iudex a litigantibus debet addiscere: non autem que ipsum per se scire conuenit. Et qz quid factus debent litigantes iudici ostendere. si autem res sit magna vel parua: vel iusta vel iniusta: quecumqz talia legislator non determinauit ipsum iudicem per se ipsum oportet cognoscere: et non a litigantibus addiscere. Ergo que ostendunt rem esse vel non esse: factam vel non factam: cuiusmodi sunt persuasio: nes et entimemata directe spectant ad negocium rhetoricum: que vero rem iustam ostendunt: vel iniustam magnas vel paruam: quod sit per passiones: eo qz iudex declinans propter talia a medio iudicat iustum iniustum: et magnum paruum et econuerso: et talia ad negocium rhetoricum pertinere essentialiter non possunt. (Deinde cu dicit.

Maxime quidem igitur conuenit recte positas leges: quecumqz contingit omnia determinare ipsas: et qz paucissima committere iudicantibus. Primum quidem: qz vnum habere: et paucos facillius qz multos bene sapientes: et potentes leges ferre et iudicare. Deinde legislatores quidem ex multo tempore ex consideratione fiunt. iudicia autem ex subito. Quare difficile assignare iustum et expedire bene iudicantes. Omnium autem maximum: qz iudicium legislatoris non sicut partem: sed de futuris et vniuersalibus est. Prefectus autem et iudex iam de presentibus et determinatis iudicat: ad quos amare et odire et proprium comodum annexa sunt sepe: vt non adhuc possunt videre sufficienter verum: sed attendere in iudicio proprium delectabile: aut triste.

gis credimus et celerius de omnibus quidem
simpliciter. In quibus autem certitudo non est.

Declarat membra divisionis. et tria facit: quia primo
declarat credulitatem supradictam sumptam ex parte dice-
tis. Secundo ex parte auditoris. Tertio ex parte rei. **S**e-
cunda ibi. (Auditores autem.) Tertia ibi. (Per oratio-
nes.) Circa primum duo facit. quia primo premitit inte-
tionem suam. Secundo dat causam dicti. ibi. (Oportet autem
et accidere.) Dicit ergo primo: quod per morem quedam sit cre-
dulitas: cum taliter dicitur oratio: ut faciat dicentem dignum
fide. Nam si quis per suos gestus et sermones potest se mo-
destum ostendere: se dignum fide demonstrat. Nam sim-
pliciter quidem de omnibus magis celerius: sive citius cre-
dimus modestis quam aliis. imo in rebus dubijs: in quibus non
est certitudo: sed utrumque: vel utrumlibet opinamur: penitus
modestis credimus. **C** Deinde cum dicit.

Sed et penitus opus: ut et accidere hoc non per
orationem: sed propter opinari quale quedam
esse dicentem. Non enim sicut quedam orationis
artem tradentium apponunt in arte modestia
dicentis: tanquam nihil conferentem ad persuasi-
bilitatem: sed fere ut est dicere principalissimam
habet fidem morum.

Dat causam dicti dicens hic. id est credulitatem non acci-
dere

de re per orationē: sed ppter opinari qualem quendam di-
centem esse natura: cum videamus hominē similitr passio-
natur eandem rationem et eadem verba prolata a mo-
desto credere dicta: a non modesto non credere: non erit
talis credulitas per orationē: cum eadem sit: sed ppter oi-
centem: quē credimus qualem quendam. id est quem credi-
mus modestū et bonū. Ideo non est dicēdū sicut quidam
credentes artes orationū dicunt: apponunt enim. id est cō-
ponunt et fingunt dicentes in arte persuasiva modestiam
conferre nil ad persuasibilitatē: quōd falsus est. imo fere: vt
est dicere mos bonus: siue modestia principalissimā habz
fides. Et oīcit fere: qz per se loquēdo fides magis inicitur
ei in entimematibus et rationibus. qz autē modestia et
pncipalitatē habeat ad generandā fidem: hoc est ex parte
credentium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Per auditores autē cum in passionē per ora-
tionem perducti fuerunt. Non enim similiter
reddimus iudicia tristes et gaudētes: vel amā-
tes et odientes: sed solū dicimus eos: qui ora-
tionum artē tradiderūt tentasse negociari. De
his quidē igitur declarabitur s̄m vnum quōd qz
quando de passionibus dicemus.

¶ Declarat fidem sumptam ex parte audiētū: et quattuor
facit: quia dicit primo fidem per auditores fieri: cuius sunt
perducti in passionē per orationē: cum tamen sunt passio-
nati. Scōdo dat causam dicit: quia tristes et gaudētes: amā-
tes et odientes non pariter reddimus iudicia: qz s̄m diuer-
sas passiones diuersimode iudicamus. Tertio addit qz q
circa hoc solū genus credulitatis tentabant negociari: ar-
tem sermonum tradiderunt. v. z. illi: de quibus facta fuit
mentio circa pncipiū progmy. Quarto subdit qz de his
passionibus s̄m vnum quōd qz genus passionū declarabitur.
in scōdo: qz de passionibus dicemus. Partes patēt legēdo
litteram. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Per orationes autem credimus quando ve-
rum: aut apparens ostenderimus ex probabi-
libus circa singula.

¶ Declarat tertiuū genus credulitatis: quōd sumitur ex parte
rei: quia ppter dicit credulitas per orationes. Talis credu-
litas fit quādo verū vel apparens verū ostendimus ex p-
babilibus circa singula. Et dicit verū ppter rationes veras
apparens vero ppter rationes sophysticas: vel dicit verū
et apparens: qz rhetoris est vtramqz partē orationis syllo-
gizare: si contraria pars orationis sit probabilis: et appa-
rens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quā autē persuasiones per hoc sunt: mani-
festum quidē hec tria est accipere eius: qui syl-
logizare pot: et p̄siderare: q̄ circa mores et vtu-
tes: et tertio q̄ circa passiones: quōd sit vnaqueqz
passionū: et quē sit ex quibus fiat: et quomodo.

¶ In parte ista ostendit: qz spectat ad rhetorem considera-
re de omnibus illis credulitatibz. Et duo facit: qz p̄mo fa-
cit quōd dicitur est. scōdo ex habitis cōcludit rhetoricā eē quā-
dam dialecticā applicabilem ad ciuilem negociū. Secūda
pars ibi. (Quare accidit rhetoricā.) ¶ Intendit ḡ talem
rationē. Quātū ad rhetoricā spectat persuadere: cum per-
suasiones sint vl̄ fiant per hoc. id est per istos modos: mo-
dus enī est eum: qz pot syllogizare: rhetoricē accipere hec
tria. id est posse cōsiderare de tribus dicitis credulitatibz.
Et ideo addit qz potest considerare quē circa mores quā-
tum ad credulitatem ex parte dicentis: et que circa virtu-

tes q̄tū ad credulitatē: que est ex parte rei. ¶ Et accipit
hic virtus non p̄prie: sed per virtutes intendit locos et en-
thimemata rhetorica: in quibus principalr virtus r̄beto-
ricē consistit: et tertio spectat ad rhetorem cōsiderare quē
circa passiones: que sit vnaqueqz passionū: et quale quid
sit. id est quō habeat reddere hominē qualem et passiona-
tum: et ex quibus fiat: hoc est: quas causas habz vnaqueqz
passio: et quō se bz ex suis causis. ¶ Deinde cum. ¶ Icit.

¶ Quare accidit rhetoricam velut adnatā par-
tem quādam dialecticē esse et negociū: quōd circa
mores: quōd iustus est appellare politicū: ppter
quōd et induit figurā politicē rhetoricā: et contra-
fieri huius: q̄tū ad hoc ppter ineruditionē: et
quantū ad alia ppter iactantiā: quantū ad alia
vero et ppter alias causas humanas. Est enī
pars dialecticē et similis sicut et incipientes di-
ximus. De nullo enī determinato neutra ba-
rum est scientia qualiter habz: sed quedā potē-
tie obtinēdi orationes. De potentia quidem
igitur ipsarum: et quō habent adinuicē dicitū
est fere sufficienter.

¶ Concludit ex habitis rhetoricam esse quādam dialecticā
applicabilem ad ciuilem negociū: et tria facit: qz p̄mo cōcludit
qz accidit ex dicitis rhetoricam velut natam quādam prez
dialecticē esse: et eē eius negociū: quōd est circa mores: quod
negocium de iure appellat politicum. Vult ergo p̄hs: qz
ex habitis sequatur rhetoricam esse partem dialecticē ap-
plicabilem ad mores ciuiles: quod sic declaratur. Nam cum
habitu sit rhetoricā pncipaliter esse circa persuasiones.
persuasio autē dicat actum rationis circa materiā ex qua
possunt cōsurgere passiones potētes peruertere intellectū
ad credēdū id: quō dicitur. Nam circa actus rationis: circa
particulares res: rhetorica est quedā particularis ars rō-
natiua: siue quedā particularis dialectica. ¶ Ex quo no-
ta: qz res ille particulares: ad quas applicantur rationes r̄beto-
ricē: sunt opera ciuilia: et hoc est rhetoricū esse circa mo-
res: et circa negotium politicū: ppter quō sequit̄ rhetoricus
esse induere figurā politicē. ¶ Sed quia aliqui negabāt
rhetoricam esse quādam partem dialecticē: addit qz p̄tra.
id est contrariū huius facti: siue huius dicit qz rhetorica sit
pars dialecticē: et ppter diuersas causas b̄ dixerat quātū
ad hoc. id est quantum ad vnum genus causē esse potuit
qz illi talia dixerant ppter ineruditiones: qz ignorauerūt
logicā: quantū ad alia. id est alia causa esse potuit propter
iactantiā. id est ppter superbiam: quia forte aliqui: qui habe-
bant rhetoricā: ex hoc inflati et superbi nolebant: confiteri
rhetoricā partem esse dialecticē: ne ex hoc dialectici magi
honorent qz ipsi. Quātū ad alia vero: hoc est alie causē qz
re negabant rhetoricam quādam partem dialecticē eē po-
tuit ppter alias causas humanas: vt ppter ciuilem poten-
tiam: vel etiam ppter lucrum: qz forte talia magis conse-
quebant: si rhetoricā talem esse negabant. ¶ Tertio ep̄-
logat dicit: qz rhetorica est quedā pars dialecticē: vt patz
ex his: que nunc dicta sunt: et quō est ei similis: sicut dixim⁹
incipientes. i. assero eā: vt dicit in principio progmy. Ibi enī
habitu est: qz de nullo determinate qualr se habeat ē neu-
tra harum scientiarū: qz nec dialectica: nec rhetorica sunt
scientiē: qualr se habeat aliqz determinatū: sed sunt quē-
dam potētiē obtinēdi rōnes. id est sunt quedā potētiē
rōnatiue: per quas in orationibus: et locutiones possumus
obtinere et vincere aduersarios. Igitur de potētia istarū
arsū: et quō se habent adinuicē fere sufficienter dicitur

Rhetori.

est. Secunda pars incipit ibi. (Et contra facti hmoi.) Tertia ibi. (Est enim pars quedam dialectice.)

Intelligentiam ditorum trisa sunt declaranda. Primo declarandum est. ytrum rhetorica sit alicuius generis determinati: yz vtz de omni dato persuasiones possint formari. Secundo determinandum est. ytrum rhetorica dialectice subalternetur. Tertio videndum est: cum rhetorica sit quedam potētia ratiocinativa circa opera civilia: et ordinem habeat ad dialecticam et politicam: cum dicatur pars dialectice. ytrum possit dici pars politice. Circa primum notandum: qd sicut est in virtutibus moralibus: sic est in scientiis: et potissime in rhetorica et dialectica habet esse. Videmus enim in dictis virtutibus duplicem materiam: ynam proximam: et aliam quasi remotam: vt in magnanimitate ppria materia videtur esse honor. Remota autem videtur esse materia: circa quam negotiant alie virtutes. Nam omne ex quo potest consurgere honor: est aliquo modo materia magnanimitatis: et quia ex artibus virtutis et ex materia ipsa potest surgere honor: magnanimitas aliquo modo negociatur circa omnes virtutes: vnde pbs vult qd magnanimitas operatur magnū in omnibus virtutibus. Sicut etiā in temperantia et in fortitudine possumus distinguere duplicem materiam. yz. passiones: et ea ex quibus passiones consurgunt: simili modo in dialectica et rhetorica sicut materia propinqua se habent actus rationis: sicut remota se habent res: ad quas huius rationis actus sunt applicabiles. In his vltis declarare possumus dialecticam et rhetoricam non esse circa determinatum genus. Nam si volebamus accipere materiam hanc: actus rationis circa quos immediate versantur: nō sunt talia determinati generis: eo qd ratio male sit terminabilis termino. ppriosemper enim ratio fm qd hō tendit in aliquid: vt in illud: de qd est. Si vero materiam diuersarū partium accipere volumus res: ad quas sunt applicabiles rationes: adhuc verus est eas non esse determinati generis. Nam et si rhetorica magis est applicabilis ad facta singularia: siue ad opa politica: vel ad ea: ex quibus passiones consurgere possunt: dialectica vero magis ad alias: ppter hoc debere dicere rhetorem versari circa determinatum genus. Non enim solū persuadere habet circa ea: que consurgunt ex vbi: qd non possint persuadere circa ea: que consurgunt ex quali: vel circa actionem et passionē: siue circa alia predicamenta: qd non est in geometria: cum magnitudo terminet ad genus quantitatis continue: nec in arithmetica: que determinat ad genus quantitatis discrete: nec in alijs artibus. Et isto modo pbs in determinatione generis videtur saluare in rhetorica: vt quia circa quodlibet contingens datum per suassiones potest conspiciere. Possemus tamē dicere si vellemus: qd licet rationum rhetoricarū videat esse pprius vsus circa materiam politice: potest tamen vsus earum adaptari ad materiam aliarū scientiarū. Unde Alfarabius in suis p̄ambulis super rhetorica ait: qd puenit orationibus persuasivis yti in scientiis. verus earum vsus in scientiis non habet vsuū scientialem: sed incedit via rhetoricali in non subiectis rhetoribus: ppter ea qd subiecta rhetorica ppria ipsius: in quibus viam habet persuadendi: sunt singularia.

Secundo declarandum est. ytrum rhetorica subalternetur dialectice. Propter qd notandum subalternationē posse sumi dupliciter: large et sic qd libz superiora sibi subalternat: et isto modo metaphysica: que est suprema i scientiis: ceteras alias sibi subalternat: et accipiendo subalternationem rhetoricam diale

Liber

ctice subalternatur. Nam in quolibz genere: quod attingit optimum et supremum excellit alia: que illud nō attingunt: sicut prima p̄bia considerans deum: qui est quid optimum: ceteras alias scientias speciales excellit: sicut in genere rerum est dare ynam rem optimam: vt primā causam: circa quam versatur suprema scientiarū realium: ita in genere rationum est dare ynam rem optimam: vt syllogismum: qui est ad concludendum violentior: et ad contradicēdū efficacior: circa quam versat dialectica. Propter quod inter scientias racionales sequit dialecticaz superior rem esse. imo fm vias p̄tractas est magis suprema dialectica inter racionales q̄ metaphysica inter reales. Nam si ex optimo talis excellētia accipitur: q̄to magis attingitur optimum: tanto excellētia est potior: qz dialectica cēntialius respicit optimā rationum q̄ metaphysica optimū entū: eo qd syllogismus magis sit subiectus in dialectica: q̄ deus in p̄bia p̄ia. Opz nos d̄re fm hāc p̄portionē aliq̄ modo dialecticā magis esse excellentē inter rōnales: aut magi supare rhetoricā q̄ metaphysica: alias igitur hz tactū subalternationis rhetorica subalternat dialecticē. Sed si proprie subalternationē sumere volumus: sicut de ea de terminat pbs in primo posteriorū caplo de subalternatione scientiarū: subalternationē inter dictas scientias salutare nō possumus: qd duplici via declarari potest. Primo ex ordine: qui requirit inter scientiā subalternantē et subalternatā. Secundo ex vniuoco modo procedendi: sic enī imaginari debemus: qd subalternatio quendam importat ordinem qd ex ipso nomine demonstratur. nam ex eo qd aliquid est sub alio: et ad aliud ordinatur: illi subalternari dicitur. Que ergo per se non habent ordinē ad inuicem: inter ea per se subalternatio esse non potest. Ideo requirit illud per se considerari a scientiā subalternante: circa quod versatur scientia subalternata: ppter qd sicut nō dicim⁹ sophisticaz subalternari dialecticē: qz sophisticā de quo cōsiderat sophisticus per se: cōsiderat dialecticus per accis: inquatū est obliquitas artis: sic non debemus dicere rhetoricam subalternari dialecticē: quia est bitema: de quo est rhetorica per se: consideratur a dialectico per accidēs quodāmodo. yz. p̄t deficit a syllo: de quo considerat per se. Possumus etiā ostendere ex mō procedendi proprie rhetoricam dialecticē nō subalternari. nā nisi eēt q̄ss modus vniuocus procedendi et demonstrandi: inter p̄p̄ctiuuz et geometram: vt quia vterqz per lineas et triangulos: vna alteri non subalternaret. Sic naturalis quantū ad illam partem: que est de pride non procederet per reflexionem lucis: et pyramidem constitutā ex angulis incidentie equalibus angulis reflexionis vt procederet per p̄ctiuuz: ei nō subalternaretur. Et qz modus procedendi rhetoricus est alius a modo procedendi dialectico: et circa aliam materiam applicabilis: inter eas subalternatio saluari non potest. imo sicut per rationes logicas aggenerat modus sciendi: qui non aggeneratur per rationes artius et realium: cū per eas aggeneretur scientia: dialectica nō subalternat sibi reales scientias: nec econuerso: ita qz per rationes rhetoricas aggeneratur fides: que non aggeneratur per dialecticas: cum per eas aggeneretur optimo dialectica non subalternat sibi reales scientias: nec econuerso.

Tertio declarandum est: qd he rationes rhetorice sint applicabiles ad negotium politicum: quasi ad propriam materiam: magis tamen debet rhetorica dici quedam dialectica q̄ quedam politica. Nam vt habitus est: actus rationis sunt id circa qd immediate versatur rhetorica. Facta vero ciuilia sunt: quasi materia eius remota: et quia habitus fortitur spectē ex eo: circa quod versat immediate

immediate: sicut erit rhetor magis rationalis artifex q̄ realis: quia immediatius versatur circa rationes q̄ circa res: sic magis est dialecticus q̄ politicus: cum ex eo q̄ respicit rationes conueniat cum dialectica: ratione vero rei ad quam rationes ille applicantur: ut ratione operum ciuiliū sit negociū circa mores. ¶ Ideo notandum: q̄ facta singularia: ex quibus consurgunt passionē: si comparant ad mām ciuile p̄tem: s̄m quā non conuenit amare: vel odire: dicunt p̄pria materia: s̄s si p̄parant ad actus rationis: ut ad persuasiones: sunt quodāmodo mā extranea: p̄pterea possemus distinguere triplicē mām rhetorice: v. z. māz oīno p̄pria ut actus rōnis: quāsi oīno extraneā ut res p̄tes: et medio modo se habētes ut facta singularia que quodāmodo materia propria sunt rhetorice: quicquid non ad eo ut actus rationis.



Arius autem preostendere: aut apparere ostendere sicut et in dialecticis.

Hoc quidem inductione. hoc autem syllogismus. hoc autem apparet: et hoc similiter. Est enim exemplum quidem inductio. Enthimema quidem syllogismus. Toco autem enthimema quidem rhetoricum syllogismus: exemplum autem rhetoricam inductionem.

In parte ista vult ostendere auctor: quibus instrumentis utatur rhetorice: duo facit: quod primo ostendit eas uti enthimemate in exemplo generali. Secundo de dictis instrumentis magis sp̄aliter loquitur. Secunda ibi. (Nunc autem de ipsis.) Circa primum duo facit. Primo facit quod dictum est. Secundo dat differentiam inter enthimemata et exemplum. Secunda pars ibi. (Quae autem est differentia.) Iterum prima pars diuidit in duas: quod primo ostendit rhetorice uti enthimemate: quod reducitur ad syllogismum. et exemplo quod reducitur ad inductionem. Secundo dat causas dicti. Secunda pars ibi. (Quae autem persuasiones.) Dicit ergo quod sicut in dialecticis eorum ratio pro qua volumus preostendere quatenus ad rationes veras: aut apparere ostendere quantum ad alias: hoc quidem doctrinarum. scilicet rationum est inductio: hoc autem apparet syllogismus. hoc autem syllogismus. et hoc. id est in rhetorice similiter se habet. Nam exemplum ibi est inductio: enthimema vero est syllogismus: nihil enim est aliud enthimema quam rhetoricum syllogismus: et exemplum quam rhetorice inductio. ¶ Deinde. c. d.

Omnes autem persuasionem faciunt preostendere: aut exempla dicentes: aut enthimemata: et preter hoc nihil. Quare si quidem et totaliter necesse syllogizantem: aut inducentem ostendere quodcumque. Nam autem nobis hoc ex analyticis: necessarium utrumque ipsorum utriusque horum idem esse.

Probat instrumenta rhetorice reduci ad instrumenta dialectica. Nam si omnes persuasiones rhetorice faciunt preostendere ex eo quod facientes huiusmodi sunt dicentes exempla: aut enthimemata: et preter hoc nihil: quod rationes rhetorice solum dicunt exempla et enthimemata: ex quo palam est nobis ex analyticis. id est ex libro priorum: quod volentem ostendere quodcumque: aut quodcumque taliter: necesse est ipsum syllogizantem: aut inducentem esse. id est ex quo omnis ratio: vel reducitur ad syllogismum: vel ad inductionem: que sunt instrumenta dialectica: et enthimemata et exempla: que sunt instrumenta rhetorice reduci ad dialectica instrumenta. Ideo subdit necessarium esse utrumque ipsorum. v. z. enthimema et exemplum esse idem utriusque horum. id est syllogismus et inductionem. Quia

autem omnis ratio reducitur ad syllogismum et inductionem et qualiter enthimema et exemplum reducuntur ad ista: in fine lectionis declarabitur. ¶ Deinde cum dicit.

Que autem orationis exempli et enthimematis manifesta ex topicis. Ibi enim de syllogismo et inductione dictum est prius: quod hoc quidem in multis et similibus ostendere quod sic habet: ibi quidem inductio est: hinc autem quibusdam entibus aliquod exemplum propter hoc accidere preter ista: eo quod hic sunt utiliter ut in pluribus: ibi quidem syllogismus: hinc autem enthimema vocatur.

Dat differentiam inter exemplum et enthimema: et tria facit quia primo facit quod dictum est. Secundo concludit enthimemate quam exemplo uti rhetorice. Tertio comparat persuasibile per exemplum ad persuasibile per enthimema. Secunda pars ibi. (Manifestum autem.) Tertia ibi. (Persuasibile quidem igitur.) Dicit ergo primo quod differentia exempli et enthimematis manifesta est ex topicis. id est primo topicorum: ibi enim de syllogismo et inductione dictum est. Prius enim habitum est ibi: quod hoc quod. id est quod inductio est ostendere in multis et similibus: quia sic habet. Nam inductio ut in libro topicorum habet est a particularibus ad universale. unde est transibilioz et planioz: et s̄m sensum notioz: et pluribus communis: et quod ibi hoc est in dialectica est inductio. hinc id est in rhetorice est exemplum: aut pro sed. id est syllogismus habet esse quibusdam entibus. id est p̄missis alterum aliquid. id est conclusionem propter hoc. id est propter p̄missas ostendere. Nam conclusio: que est aliud a p̄missis accidit propter p̄missas: ut quia. id est p̄missis vere sunt vniuersalia: aut in pluribus: et quod ibi hoc est in dialecticis est syllogismus. hinc est in rhetorice: vocat enthimema. Vult ergo dicere: quod quia in topicis est differentia habitata inter syllogismum et inductionem: de leui parte differentia inter exemplum et enthimema: cum enthimema sit quidam syllogismus: exemplum vero quedam inductio. ¶ Ad intelligentiam huius notandum primum dedisse duplicem differentiam inter syllogismum et inductionem. Una que tacta est. v. z. inductionem esse ex multis particularibus similiter se habentibus ad aliquid quod vniuersale. Syllogismum vero esse orationem: in qua quibusdam positis p̄missis conclusio accidit propter illas. Alia autem in secundo priorum. vbi dicitur syllogismum per medium coniungere maiorem extremitatem minoris. Inductionem vero per tertium. id est per minorem extremitatem coniungere maius extremum medio: quia autem differentia data in libro priorum subtilioz erat: et minus ad propositum quam differentia data in libro topicorum: ideo adduxit illam et non istam. ¶ Deinde cum dicit.

Manifestum autem et quod utriusque habet species rhetorice. Sicut autem et methodicis dictum est: et in his similiter habet: sunt enim he quidem exemplares rhetorice: he autem enthimematice et rhetorice similiter hinc quidem exemplares: hinc autem enthimematice.

Concludit quod species rhetorice: hoc est rhetorice habet utriusque. id est utitur utroque instrumento: exemplo et enthimemate. quia sicut in methodicis. id est in topicis dictum est de inductione et syllogismo: et in his hoc est in rhetorice similiter se habet quantum ad enthimema et exemplum. Sunt enim orationes rhetorice extra res: he autem enthimematice: sic et rhetores: qui talibus orationibus utitur quidam sunt extra res: quidam enthimematice. ¶ Deinde. c. d.

Persuasibile quidem non igitur non minus ora

Rhetori.

tlones: que per exempla. Turbant aut magis enthimematice. Causam auté ipsorum: et quo utendum dicemus posterius.

C Ostendit orationes per exempla non esse minus persuasibiles quam enthimematice. Nam homines vulgares: qui sunt auditores rationum rhetoricarum volentes melius capere exempla: turbant magis: si quis enim loquitur enthimematice. Unde addit quod causam horum. videlicet quod enthimematice plus turbat auditorem quam exempla: et quo utendum est utroque. I. enthimematice et exemplo. posterius dicet. **C** Deinde cum dicit.

C Hunc autem de ipsis his magis determinem liquidum. Quoniam enim persuasibile alicui persuasibile est: et hoc quidem confestim existit propter se persuasibile. et credibile. Hoc autem eo quod videatur ostendi per talia.

C In parte ista magis in spali inquirat de persuasionibus rhetoricis: et duo facit. quod primo inquirat qualiter rhetores persuadere debent. Secundo ex hoc investigat ex quibus consentientia enthimematice et exempla: per que fiunt persuasiones rhetorice. Secunda pars ibi. (Quoniam autem sunt pauca.) Circa primum duo facit. quod primo distinguit persuasibile. scilicet ad adaptat distinctionem ad propositum. scilicet pars ibi. (Nulla autem ars.) Dicit ergo quod determinandum est de ipsis persuasionibus magis liquidum: et magis clare. distinguendo persuasibile propter se: hoc quod propter se persuasibile est: confestim distinguit persuasibile et credibile: hoc autem quod est persuasibile huic: est tale: eo quod videatur ostendit per talia. id est persuasibilia huic. **C** Deinde cum dicit.

C Nulla autem ars considerat particulare puta medicinalis quod Socrati sanum est: aut Callie: sed quid tali: aut talibus. hoc enim artificiale. Quod secundum unumquodque infinitum: et non scibile: neque rhetorica quod secundum unumquodque probabile considerabit: ut Socrati vel Yppie. sed quod persuasibile talibus: sicut dialectica. Etenim illa syllogizans non ex quibuscumque: videret enim quedam et delirius. Sed illa quidem opportunis. Rhetorica autem ex iam consuetis consiliari.

C Ex distinctione data investigat quomodo rhetorica de persuasibilibus intendit. et duo facit: quod primo ostendit rhetorice non intendere de persuasibili huic. scilicet dato modum: quomodo negociatur circa persuasibile simpliciter ibi. (Est autem opus.) Dicit ergo quod nulla ars considerat particulare: ut puta medicinalis non considerat quid sit sanum Socrati: aut Callie: sed quod tali: ut puta quid tali egritudine: aut talibus. id est laborantibus in egritudine illa: et dat causam dicitur quod h. id est vult esse artificiale: siue scibile: quod autem secundum unumquodque. id est particulare et singulare est infinitum: et non scibile: et sicut medicinalis non considerat sanum huic: sic rhetorica non considerabit probabile: vel persuasibile secundum unumquodque singulariter: ut puta Socrati vel Yppie sed quod est persuasibile talibus. id est sic passionis: vel illo modo se habentibus: sicut dialectica: que non syllat de his: que videntur isti vel illi: vel de his: que videntur quibuscumque: quod aliqua videntur delirio et stultis: differenter tamen dialectica assumit probabilis: et rhetorica persuasibilia: quia dialectica assumit probabilis optima rationi: siue copotentia ipsi sermoni. Rhetorica vero magis arguit ex consuetis consiliari: quod talia magis acquiescibilia sunt. Acquiescimus enim his que soliti sumus audire. **C** Deinde cum dicit.

C Est autem opus ipsius et de talibus: de quibus consiliamur: et artes non habemus: et interales

Liber

auditores: qui non possunt per multa conspiciere: neque ratiocinari a longe.

C Dat modum et documenta: que persuadere debemus: et duo facit: quod primo premitit documenta. scilicet assignat causam dicit. scilicet ibi. (Consiliamur autem.) Premitit ergo duo documenta: quorum primum sumitur quantum ad ea: de quibus persuadere debemus. unde ait: quod opus ipsius rhetoricum est persuadere de talibus: de quibus consiliamur: et artes non habemus. Secundum documentum est quantum ad modum arguendi: debemus enim breviter syllogizare: quod tales persuasiones fiunt inter auditores populares: qui non possunt conspiciere: nec ratiocinari a longe. **C** Deinde cum dicit.

C Consiliamur autem de his: que videntur contingere utroque modo se habere. De impossibilibus enim aliter aut facta esse aut fore: aut habere nullum consiliat ita existimans. Nihil enim plus.

C Manifestat predicta documenta: et primo manifestat primum. scilicet secundum. scilicet pars ibi. (Naud sic contingit.) Ostendit ergo primo quod persuasiones sunt de consiliabilibus: quod nos consiliamur de his: que videntur contingere utroque modo se habere. De impossibilibus enim aliter hinc: aut aliter facta esse aut aliter fore nullus: quod sanum est metis: consiliat ita existimans: quod per consilium suum talia intendit: nihil enim plus. id est propter nostrum consiliari neque plus: neque minus talia esse habet: et quia opera humana: de quibus persuasiones fiunt: sunt que contingunt aliter se habere: et de quibus consiliamur: oportet autem saltem ut in pluribus circa consiliabilia persuasiones esse. **C** Deinde cum dicit.

C Naud sic contingit consiliari et concludere. Hoc quidem ex syllogizatis prius. hoc autem ex non syllogizatis: opportunis autem syllogismo: propterea quod non sunt opinativa. Necesse habet horum hec quidem non esse bene assequibilia propter longitudinem. Index enim supponit esse simplex. Nec autem non persuasibilia: propterea quod neque ex confestim sunt: neque ex opinabilibus: quare necessarium enthimema esse et exemplum de contingetibus aliter se habere ut multa: exemplum quidem inductionem: enthimema autem syllogismum.

C Ostendit documentum. videlicet persuasionem rhetoricam debere ex paucis esse: et primo facit quod dicitur est. Secundo ex hoc concludit syllos rhetoricos aliquando habere constare ex una propositione. scilicet ibi. (Et ex paucis.) Dicit ergo quod baud. id est non sic contingit consiliari et concludere: hoc quidem ex syllogizatis prius: hoc autem ex non syllogizatis: operativis autem syllo: propterea quod non sunt opinativa. quod dicitur quod in persuasionem rhetoricam non debemus syllogizare et pro syllogizare: nec adducere non syllogizata: que quia non manifesta sunt syllogismo indigeant. Nam cum in talibus index et auditor supponat simplex et grossus: necesse habet: ut quorum. id est de numero dictorum. videlicet syllogizata indigere: cum syllogismo non erant persuasibilia: quod non sunt confestim: neque opinativa. **C** Concludit autem quantum ad primum documentum: quod enthimematice et exemplum rhetoricum debet esse de contingetibus aliter se habere: ut multa. id est ut in pluribus: quia: ut infra patet: aliqua enthimematice fiunt quodammodo ex necessariis: et addit quod exemplum sic se habet sicut inductio. Enthimema autem sicut syllogismus. **C** Deinde cum dicit.

C Et ex paucis et sepe paucioribus quam ex quibus primus syllogismus. Si enim sit aliquid

horum nota nihil opz dicere. Ipse eni auditor hoc appoit: puta q Doricus corabeleus agonem deuicit. Sufficiens dicere q olimpia deuicit. hoc autez q coronalis olimpia nihil opz apponere. cognoscunt enim omnes.

Ostendit aliquando enthimema rhetoricu debere costare ex vna premissa. naz licz ex vno nihil sequat: tñ si altera premissaru est nota exponenda: ideo dicit: q enthimema rhetoricum debz costare ex paucior: z sepe ex paucioribus: q̄ p̄mus sylls. id est q̄ sylls syllogizatus siue nō computata prosyllogizatiōe: qz quando altera premissarum est nota: nō opz dicere eaz. Ipse eni auditor apponit ipaz: vtputa: si quis veller probare: q Doricus deuicit agonem coronale. id est deuicit bellum: ex quo debz coronari: sufficit dicere q deuicit olimpiā: si notum esset q tali victorie deberet corona. Si ḡ ex h deberet fieri sylls: diceret quicūqz deuicit olimpiā: debz coronari: Doricus deuicit olimpiā. ergo rē. Sed si sit enthimema: tacef maior: non eni opz apponere q olimpia sit coronalis: vt quicūqz deuicit olimpiā q ei debeat corona: quia vt possum est: hoc omnes cognoscunt.

Hic declarandū est. Vtrū omnis ostēso re-ducatur ad syllogismū z inductionem. **P**ropter hoc animaduertendū: an omnis ratio reducitur ad syllogismū: aut inductionē licz aliqua de necessitate concludat: que p̄pe nec est inductio: nec est syls: vt si dicerem: nulla substantia interempta non interimit substantia: ergo partes substantie sunt substantia. vt igitur ista reductio appareat. **N**otandū q homo pprie rōnalis: modicū autē intellectualls est: dicit eni intelligere simpliciter cognitionē sine discursu: rōnari vero discursum importat: ideo sube separate: qz simplr veritatē intuent: z absqz discursu cognoscunt: simpliciter intellectualls sunt. Nos vero quoruz cognitio est discursiua: z nostrū intelligere est cū continuo tēpore: simpliciter rōnales sumus: participamus autē modicū de intellectuallitate: vt quantū ad ppria p̄cipia: que quasi existētia locis sanue in domo sine discursu cognoscimus. exceptis igitur p̄cipijs: ad que non est ratio: oia alia non simpliciter sunt vera: verū qz nō est nobis inata cognitio simpliciter: nō est nobis inata p̄cipiorū cognitio: qz vt scribitur scdo poste. icōueniēs est nos habere nobilissimos habitus: z latere nos. Sūt h̄mōi p̄cipia nota via sensus: memorie z experientie: p̄pter qd̄ p̄cludere possumus: q̄ que cūqz scimus: vel scimus p̄ experientia: vel per artem. nā si p̄ter artem z experientiaz contingat nos bene facere: hoc est casu: vel aliquo presupposito: de quo nobis non sit cure. **D**icere ergo possumus oēm rōnez nostrā reduci ad sylm vel inductionē: sicut z ois nra cognitio aliā mō ad artem vel ad experimentū pertinet: cuz inductio sit rō eorū: que per experientia scimus: sic enim imaginari debemus q̄ experimentuz duplr sumi pōt. Primo vt ab arte deficiat: sic expertorū quodāmodo nō est agere fm rōne: sed fm p̄tudinē: vt in p̄mo metaphy. dic̄ expertes modicū differre ab inanimatis. differūt eni quia illa agūt per nām: ipsi autē per cōsuetudinē. Scdo pōt accipi experimentū fm q̄ est inductiuuz artis iuxta illud. Experientia fecit artem: in experientia casuz: z sic experti est vt in ductione: vt qz vidimus z habemus in memoria: q̄ bec herbary: vtputa reubarbarū purgauit colerā in hoc z in illo inducentes in multis facimus vnā propositionē ylem: que est p̄cipiū artis z scientie: vt q̄ oē reubarbarū purgat colerā: ideo dicitur est q̄ inductio est verisimilior z planior: z

fm sensum notior: eo q̄ a sensibilibus ad ylia p̄cedat: qui processus est p̄prie expertorū: put per experientā manū ducunt in artem: syllogismo autē quasi velociori z ad concludendū efficaciori vtitur ars vel scia: ad quas vt ad cōpletiorē experientia ordinat. Est ergo vna via ad reducendū oēm orationē nram in sylm z inductionē ex parte experimenti z artis: que p̄dictis instrumentis vtiuntur. **S**ecunda via ad ostendendū hoc idē sumi pot ex his: in quibus rationamur. Naz omnis ratio nra vel est ad p̄cipia: aut est inductio: ad ea que sequunt ex p̄cipijs: ad p̄cipia autē est inductio ad ea: que sequunt ex p̄cipijs est syls nam cum dicit q̄ ad p̄cipia nō est ratio: intelligendum est de rōne syllogizata. Nam per syllogismū non possunt cōcludi p̄cipia scōz q̄ h̄mōi sine petitione p̄cipij. P̄t tamē p̄cipia per inductionē ostēdi: ideo scribit scdo p̄ rū: q̄ inductio ostēdit extremū de medio per tertiu. syls vo extremū de tertio p̄ mediū. Tertia via ad ostendendū h idē sumit ex parte nostra. nam ois nra ratio vel sumitur ex eo q̄ ex admirari cepimus philofophari: vt ex eo q̄ accipimus ordinem in contrariū ei: qui est a p̄cipio questio nū: est eni inductio: qz est magis sensibile istm magis rationibus competens: vt philofophari incepimus. Syls vero: cuius est magis per causas incedere: competit nobis laz instructis. Quare igitur ois ratio: vt tripliciter est ostēsum: ad syllogismū z inductionē reducūt: opz exempluz z enthimema reduci in illa. Reducūt eni exemplū in inductionem. Enthimema vero in sylm: quod q̄o fit in fine lectionis sequentis dicitur.

Antia sūt pauca qdē necessaria: ex quibus rhetorici syllogismi sunt multa enim de quibz iudicia z cōsiderationes contingunt z aliter h̄re. **D**e his eni que agūt p̄siliant z tractāt: que at agunt oia talis generis sūt: z nihil horū vt consequēs est dicere ex necessitate. **E**t in pluribus etiā contingētia ex talibus alteris nece syllogizari. **H**ec̄la at ex necessarijs **I**n parte ista ostendit p̄hs ex quibus enthimema: z exemplum. **E**t duo facit: qz p̄mo ostēdit ex quibus est enthimema. **S**ecundo declarat quō habeat fieri exēpluz. **S**ecūda pars ibi. (Exemplū autē.) Circa p̄mū duo facit. naz p̄mo ostendit enthimema ex ycoribus z signis. **S**ecundo declarat qd̄ ycos: z quid signū. **S**c̄da pars ibi. (Ycos qd̄z eni.) Circa p̄mū tria facit: qz p̄mo dicit eorū: ex quibz sunt enthimemata: quedā esse necessaria: plurima tamen esse vt in pluribus: z q̄ cōclusiones assimilant p̄missis. **S**c̄do dicit hoc esse manifestū ex libro p̄ioz. **T**ertio concludit signū z ycotem: ex quibus est enthimema esse idē q̄ necessariū: z in plibus. **S**c̄da ibi. (Palam aut nobis.) **T**ertia ibi. (Enthimemata autem.) Dicit p̄mo: q̄ pauca sunt necessaria: ex quibus sunt rhetorici syls: multa autē sunt de quibus iudicia z cōsiderationes contingit aliter se habere: quasi diceret q̄ syllogismi rhetorici raro habēt p̄missas necessarias: vt plurimū habēt eas p̄tingētes: z est ratio: qz h̄ syls vt plurimū sunt de his: que hominea agunt: cōsiliantur z tractant: que aut agunt omnia sunt talis generis contingētia: nihil eni horū: vt p̄sequens est dicere ex necessitate habz esse. igitur vt plurimū enthimemata habent p̄missam contingētē: sicut est in p̄missis: ita est in cōclusionibus. Naz cōclusa non necessaria: sed contingētia z accidentia vt in pluribus nece h̄re syllogizari ex talibus alteris: id est ex talibus p̄missis: q̄

sint vt in pluribus aut pro sed conclusa necessaria syllogizantur ex necessarijs. **C** Deinde cum dicit.

C Palam autem nobis: et etiam hoc ex analiticis manifestum: quod ex quibus entimemata dicuntur. hec quidem necessaria erunt: plurima autem vt in pluribus dicuntur.

C Ostendit phis esse manifestum ex analeticis. id est ex libro priorum. nam ibi ostensum est conclusiones necessarias esse ex necessarijs: alia autem ex alijs. Et quod in rhetorica sunt pauca ex conclusiones necessarias: multe autem vt in pluribus: manifestum est quod ea: ex quibus sunt entimemata et syllogizantur. hec. id est pauca erunt necessaria. plurima autem dicuntur esse vt in pluribus. Deinde cum dicit.

C Entimemata autem ex ycotibus et signis. Quare necesse horum utrumque utriusque idem esse.

C Ex eo quod entimemata sunt ex ycotibus et signis: cum habitum sit esse ex necessarijs: et his que sunt in pluribus: concludit utrumque horum. id est ycotem et signum esse idem utriusque dictorum. id est necio: et ei quod est vt in pluribus: quod signum est idem quod necessarium: ycos autem est idem quod est in pluribus. **C** Ad euidentiā autem dictorum et dicendorum notandum signum tripliciter posse sumi secundum tres figuras syllogismorum: sumitur enim primo signum in prima figura: et hoc signum semper refertur signatus: sicut lac habere est signum peperisse: et tunc formetur sic syllogismus: cumque habet lac: peperit. hec habet lac. ergo etc. In secunda autem figura accipitur signum quod in plus est signum quam signatus: tunc in pluribus signum signatum infertur: sicut vere simpliciter: sicut esse errabundum de nocte est signum furis. potest tamen quis esse errabundus absque eo quod sit fur: tunc formetur sic syllogismus: fur est errabundus: hic est errabundus. ergo etc. In tertia autem figura sumitur signum quando aliqua duo habentia aliquem ordinem ad se inuicem: ex eo quod se comitentur in aliquo: credimus quod se comitentur in omnibus: vt sapientia habet quandam ordinem ad studiositatem siue ad bonitatem.

C Nam Socrates iter cetera auxilia dicit scientiam esse maximum auxiliium ad vitandum peccatum: quod si videmus quod aliquis homo particularis: vt pura Pythagoras est sapiens et studiosus: credimus sapientes studiosos esse. Formetur ergo sic syllogismus: Pythagoras est sapiens: Pythagoras est studiosus. ergo sapiens est studiosus. Istorum autem signorum signum in prima figura: et quod de necessitate concludat dicimus prodigium. id est signum magnum siue retinerium: quod hominem retinet et terminat eo quod non contingat solui: nec est in eo possibilis euasio. Signum vero in secunda figura cui est in pluribus dicitur ycos: quasi imago: vel similitudinarium. nam si non est necessarium quod posito tali signo ponatur signatum: est tamen verisimile et probabile. Signum vero in tertia figura ycos etiam dici potest: quod verisimile est sapientes studiosos esse: tamen quod non habet proprium nomen dicitur signum non necessarium: quia non est necessarium quod aliqua non habentia aliquem ordinem ad se inuicem se comitentur in aliquo: quod se comitentur simpliciter. **C** Aduertendum tamen: quod licet istis omnibus modis sumatur signum: autem signum diuiditur contra ycotem: vel noiat solum signum in prima figura: vel noiat signum in prima et tertia. Dicitur enim quod ycos dupliciter sumitur. vno modo vt noiat solum signum in prima figura. alio modo putat comprehendit signum in secunda et tertia figura. Si ergo ycos sumatur ad secundam et tertia figuram diuisus contra ycotem: comprehendit solum signum in prima figura: siue signa necessaria: et sic accipit signum phis et ycotem cum dicitur: quod necessarium est idem quod signum et ycos. id est esse in pluribus: et quod entimemata: quod constant ex ycotibus signis: constant ex necessarijs: et ex his que sunt in pluribus. **C** Sed ex his etiam apparere potest quomodo intelligendum sit quod ea: ex quibus sunt entimemata raro sunt necessaria: vt

plurimum vero sunt vt in pluribus. Non enim intendit phis loqui de necessario simpliciter: nec istud capitulum debet reduci ad generationem syllogismorum ex necio: vel ad capitulum de mixtione ex necessario et contingenti: sed vult dicere quod rhetores cum arguunt per signum: raro dant signa infallibilia: sed plurimum dant signum vt in pluribus: propter quod id ad finem priorum vbi terminantur de entimemate: reduci habet. Cum igitur tales sint conclusiones: quales sunt premissae: sicut rhetores raro arguunt per signa infallibilia: conclusiones eorum raro sunt infallibiles: vt plurimum autem debent esse: vt in pluribus. **C** Si vero ycos dicat solum signum in figura secunda: sic signum diuisum contra ycotem comprehendit signum necessarium vt signum in prima: et non necessarium vt signum in tertia: sic loquitur phis de signo infra: cum diuidit ipsum signum necessarium et non necessarium. Deinde cum dicit.

C Ycos quidem entis est quod vt in pluribus fit: non simpliciter autem sicut diffiniunt quidam. Sed quod circa contingentia aliter se habere sic se habet ad id: ad quod ycos vt vlt ad particulare.

C Determinat de ycote et signo. Et duo facit. quod primo determinat de ycote. Secundo de signo. Secunda pars ibi. **C** Signorum autem. Dicit ergo quod ycos est: quod fit in pluribus: non sicut quidam diffiniunt ycos est: quod fit simpliciter: vel quod fit in omnibus: sed ycos siue tale signum quod fit circa contingentia aliter se habere sic se habet ad illud: ad quod est ycos. id est ad signatum vt ad particulare. Accipit enim hic ycotem. putat dicit signum in secunda figura et reperit in aliquo: in quo non reperit figuratum: vt esse errabundum est ycos ad esse fur: cum sit vltius quam plus: et sit aliquis errabundus: qui non est fur: quod si etiam reperit fur: qui non est errabundus: ita quod errabundus et fur se habent autem sicut excedentia et excessantia: nihil ad proportionem: sufficit ad hoc quod errabundus sit ycos ad fures esse aliqualem talem: qui non sit fur. Deinde cum dicit.

C Signorum autem hoc quidem sic se habet autem aliter quod singularium ad vniuersale. hoc autem vt aliquod vniuersali ad particulare. Horum autem quod necessarium in nominatum est secundum differentiam.

C Determinat de signo: et primo diuidit. Secundo ostendit quomodo utrumque signum se habet ad entimemata: vlt ad syllogismum rhetoricum. Secunda pars ibi. **C** Adhuc autem. **C** Circa primum duo facit: quod primo distinguit signum. Secundo specialiter determinat de signo necessario. Secunda pars ibi. **C** Necessaria quidem igitur. Dicit ergo quod signum hoc quod sic se habet vt aliquod singularium ad vlt quantum ad signatum in tertia figura vbi particulariter concludit intentum: vt quod Socrates est sapiens et studiosus inferimus omnes sapientes esse studiosos: hoc autem vt aliquod vltius ad particulare quantum ad signum in prima figura: vbi concludit vlt intentum. Istorum autem signorum vnum est necessarium in prima figura: aliud non necium vt signum in tertia: signum necessarium vocat retinerium: quasi hominem retinens et terminans: quod cum sit solubile: nescit homo quomodo fugiat. In secundo autem priorum vocat prodigium: quod magnum signum. Signum vero non necessarium. id est non habet nomen proprium: sicut diuisiuitur: et differt ab alijs. Deinde cum dicit.

C Necessaria quidem igitur dico ex quibus fit syllogismus: propter quod et retinerium non est quod tale signorum: quod enim putant non contingere solui: quod dictum est: tunc fere putant temerarius tanquam ostensum et terminatum: retinet enim et terminus idem est secundum antiquam linguam.

C Determinat de signo necessario dicens: quod ea ex quibus est syllogismus